Non minus quoq; considerando animum nrum mouit in eo, quod dict tot decreta Reformationu ab Antecessorib⁹ nris in utilitatem Ecclesiarum de tpe visitationis ipsarum lata passim postponantur, taliterq; in oblivionem veniunt, vt ne nouu quidem recentes q; antiquioris sive per cessum sive per decessum succedentes, quicquam scire satagunt, et ignorantiam penitus earum Ordinationum et statutorum Capli ad quæ seruanda etiam iuramento adigi solent probabilem pretexant. Proinde huic malo quantum cum deo possumus occurrere volentes nra pioru Antecessorum sanctiones, nostrasq; item magno labore, festa celeritudine hac visitatione peracta, conscripsimus quo quis nobis deperearet, sed in suo robore executioni debitæ quoties necessitas postulat demandandæ permanerent, sancimus et ordinamus vt eæ decreta Reformatoria Rmorum olim Radzivilij et Placidonij S.R.E. Card. Predecessorum nrorum, nra cleriq; presentia semel in anno de tempore Stalis Capli, statuta quoq; nostra alia ipsius Capli seu necessaria super quibus seruandis iuramentum in primo ingressu præstare consueuerunt clara et intelligibili voce in Crassino festi Natiuitatis B. V. et alijs primo die inchoationis Stalis Capli perlegantur, ad hoc vt nouiter ingressi recepti Prælati et Canonici informati, et veterani facile ex lectura ipsarum reminiscantur eorum quæ negligunter, et quæ necessario veniant exequenda, ij quod qui Lectioni statutorum Capli et Reformationu interuenire non curauerint, ne quamquam occasionaliter ignorantiam afferre poterunt, sed imo panam duarum Marcarum et distributionibus Stalis Capli de salario subire debeant. Quod si statutis Capitularib⁹ seruandis antiqua consuetudine in primo ingressu Beneficij iuramentum præstari debere vecesserit est, hoc idem de seruandis Reformationu tam nrarum quam Prædecessorum nrorum decretis in nihilo immutandis seruari volumus, vt sub eadem iuramenti forma eadem vice seruanda subintelligatur, in tantum donec a Nobis vel successorib⁹ nris in specie in aliquo paulo immutata moderatiuue fuerit, quæ vera siquidem leges condemnatur, fidelitas executioni demandari non curabunt. Sed ne cui de cætero subrepat præsumptio contrauenendi quod dict de tempore Stalis Capli, nec quamuis maiori tunc, nec pariati parte eiusdem Capli non congregatis, alia quacunq; ad applausum Decreta seu contenta contraria nris seu Prædecessorum nrorum statutis licere sibi existimant. Nos pro Pastorali munere occurrentes, statuimus confirmis et pariis Electis a quibus arbitrarijs tales superioru suorum

Decreta

Ad lectura Decret. m.

Decreta quoquo modo immutantes et vili pendentes vti inobedientes fore et esse coercendos per officium nrum pro tempore ad nos Iudiciumq nrum nobis vel successoribus nris deferendos in quo conscientiam ipsius oneramus ac insuper eidem imponimus vt decreta Gnalis Capli quotannis ad nos successoresq nostros transmittat. Actum Sendomiriae in Visitaone Nra Generali Die trigesima Mensis Maij Anno Dni Millmo sexcmo trigesimo Nono.

Jacobus Zadzik
Eps Cracoviensis

Innomine Domini Amen

Lembicianà.

De Templo

Cum singulare pietatis et decoris Dei domus studium munificentiaq nonnullorum DD. Prælatorum, et Cancorum pia liberalitate ita ornatam et recens auctam fecerit Ecclam, hanc inter Collegiatas Diœces Nrae insignem, vt cum cæteris Regni istius Basilicis, non contendat, tantùm modo splendore, et decore suo, sed multas multis nominibus superet et laudabili, præcipuoq cultus Dei exemplo præfulgeat. Ea propter id inprimis sancimus et iubemus, ne quidpiam in futurum intermittatur quod vel ad eius nitorem conseruandum aut ad munditiem augendam pertineret, vel ab extra sartis manutenendis, tectis etiam si opus fuerit reparandis proficuum esset. Et quia porticum Eccla non Leuem ruinam præseferre vidimus graueq periculum metuendum est, volumus vt illam pariter atq notabilem fissuram parietis super fenestra Eccla sumptu et peculio fabricæ Inbte Capitum faciat reparari, firmiter restaurari Curet quoq diligenter conseruari fundamenta Templi et columna parietumq ab omni iniuria pluuiæ discooperiuntur et magis in dies denudantur, ineantq DD. Prælati et Canci mature consilium, quomodo loca illa super quæ defluunt stillicidia, et quæ iacturæ sunt magis obnoxia, præsertim versus maiorem Eccla portam, nec non ipsum Cemiterium lapide strato, fortiora reddantur contra defluxum aquâ crebrum et violentum. Cui accendo, quia multum prodesset, si muro circumdaretur totum Eccla frontispicium, sic enim ad iacentem collem et terram muris, ac fundamentis Eccla adherentem, a quâ minus dilueret, imo tutò huiusmodi continerentur repagulo. Id circo

iniungimus

iniungimꝰ Et requisito Consilio in arte peritorum, et eo accepto quod magis placuerit, et expedire[rit], Senio Vrbis Capitum cogitet, et rationem ineat qualiter huiusq; malo, et sollicitijs, et quod deforis ꝓsentiꝰ quam primum prospiciatur. Turrim supra rectum Eccl[es]iæ Vet[er]is in formam rotundam, et minimè tam sublimi fabricâ congruam demolirj faciant, aliam formâ recentiꝰ et quantum fieri poterit elegantiorj, nec non aptam ibidem exponendo Horologio erigi et conformi curent. Multa deesse notamus quo habendo Ordine in Sacristia licanorũ ob defectum armariorum, et necessariorũ ad seruandã Ecclesiam Suppellectilem repositorium. Et de Vrbis Capitum, magis ex peculio fabricæ, iubeat quàm primum ꝓ loci capacitate et exigentia rei construi suoq; ordine disponi, et ab hinc licanj ea omnia quorum ad vsum habent debitè reponant in eadem et seruent. Cuius rei causa, et Chorum super quo Sanctuarij clamire solent removeri iussimus, locumq; alium eius designari. Horum omnium facemus initium ab eo quod maximè necessarium iudicabunt. Quod insuper ipsa honestas et religio loci habere debet. Porta maior Cemeterij semper claussa habeatur, ne ita sit pervius locus sacer inmundarum transitui, prout fuit ad ꝓsens, et non nisi ꝓ vsu DD. Prælatorum Canonicorum, aut Cleri ipsius Eccl[es]iæ aperiatur. Canon verò, penes se habeat Vicecustos semper, et curam claussuræ suo pedna cuius arbitrium imponens toties quoties D. Capitulo septimanali committimus.

De Officijs Diuinis.

Diuinorũ Officiorum ordinem et horas D. Capitum faciat ꝓ festiuitate et hyemali tempore Su[per]stiti in tabella seperata, quæ in loco aperto, et vbi a quoris conspici possit intus Sacristiam semper habeatur affixam et iuxta eam Vicecustos tam diuina Officia quam ꝓ eis pulsum campanarum diriget. Et autem Dñi Prælati atq; Canci facilioren suorum officiorum peragendorum habeant memoriam Vicecustodi iniungimus, vt singulis septimanis mutatis conscribat in tabella ossa, quæ de in communi, vel in particulari et quo tempore expediri debebunt, idem faciant de Anniuersarijs specificando per quem ex Prælatis aut Cancis quo die ꝓ quo Anniuersarium sit celebrandum, quam hanc tabellam descriptam in singulis Capitis septimanalibus exhibeat, vt eam Prælato aut Canco Præsidenti cæteris exponendam tradat. Incumbet deinde eidem Vicepro[cura]tori advertere negligentias non celebrandum aut absentium, die et interuisso esse notatis eidem D. Capitulo de ferre sub pœnæ arbitrio eiusdem reservatis. Et ne grauè sit residentibus loco absentium Confratrum Missas de cantare, eorumq; clericis, Missalia eis conferri solita, de ꝓ absentibus celebrantes accipiant.

ad decent

Nol dicendum Missas in Altari maiori neminem liceat admittere praeter
solos Prælatos, Canicos et Hospites Vicarius autem Ecclesiæ permittatur eius dem
Altaris dumtaxat indultus Privilegiatis pro animabus defunctorum flore
in eadem Ecclesia recepto, omnes et singuli Vicarij nec non religiosi Clerus huius
Ecclesiæ omnibus diebus quibus habebuntur Conciones devote et attenti eis interfint
ac inconspectis sedilibus ante suggestum se coram, nisi aliud ratio valetudinis
requirat, sub pœna unius marcæ post unam monitionem in eorum Capito reponend
Loca sese subtrahant à Ministrantium celebrantis Canicis aut per Pale-
nistas, vel alios substitutos præsumat quispiam sine causa gravi sua functi
officio, id facturi cum omni modestia, et devotione, absq; confabulationibus,
aut alia mentis diversione sub pœna cuilibet obventionibus septimanalibus
unius septimanæ toties quoties cui id attendat punctator designandus a
Nobis Capitulo Majori. Cum vero adesse is iam invaluerat mos quod facilem
absentiæ veniam haberent a Vicedecano, proinde ejus Spe officia sua pleniq;
per substitutos expedire consueverant. Volumus et ab hinc nemini liceat
recedere vel abesse ab Ecclesia et eius officijs, quin prius causam necessitatis
apponent seniori præsenti tunc residenti Prælato aut Canico ipsius q; non nisi ab eo sin
obtenta.

De Capitulo

Decet et maxime necessarium est, ut qui loco authoritate et dignitate
præeminent, etiam a charitate, virtutibus, et exemplo præcellant. Quocirca monen-
tur et in Christo Domino requiruntur omnes q; DD. Prælatorum et Canicorum
et Capitula sua in charitate vera, et fraterna concordia peragant, non con-
tendant æmulationibus ad invicem, cum de bono communi et suæ Eccle agendum est. Nemini vero liceat alterius sententiam interrumpere seu verbum
addere, sed donec eam dicens expedierit, quisq; suo loco expectet sub
pœna privationis vocis activæ et passivæ pro toto tempore illius Capli
Quod si autem aliquem inter DD. Capitulares inimicias factiones par-
cialitates aut diffamationes tam coram ipsis, quam coram extraneis seri-
nare compertum fuerit, talem mala sententiam mediante privatione ingres-
sus Eccle et Capli per medium annum plectendam decernimus.
Quod facilius retineantur pensa, et in casum veri occurrente casu statu-
ta ordinationesq; istius Eccle, adhinc in singulis septimanalibus Capulis duo
ad minimum Capita ex statutis, et ordinationibus ordine suo consecutive sunt
acte omnia percurrantur omnibus in Capitulis audientibus. Nam statuta
et ordinationes quam decreta nec non gradus acta Capitularia de in Archivo

Capli

Capli seruentur ordinang, quorũ nihil cuiquam exordere liberum sit,
absq; scitu & Consensu Capli. Quòd si quispiam facto proprio aut priuatim extra
Scitum, et consensum Capli aliquod ex decretis, statutis aut ordinationibus
immutare presumpserit, reassumuntur in eum pdcta ordinationũ etentarum.
Jura Priuilegia, mouentq; cursus, et alias quascunq; obuentiones ipsius Eccle
V. Capitum de mũe et cognomine specificatas mundè et characterè elegantiori
in libro ad id compacto describi faciat, horũ singulorũ originalia siue trans-
sumpta authentica in Archiuio Eccle conseruandi deputabit autem V.
Capitum unum vel duos ex gremio sui, qui copiarum horũ cum originalibus,
vel transumptis eorum fidelem faciat collationem. Item fieri iubemus cum
Inuentarijs omnis supellectilis Eccle ex quibus unum exemplar ad mundum de
scriptum rebignatum subscriptum per duos Prelatos per dice Custodem alterũ
in Archiuio Nobilis Capli. Bibliotheca quo meliori ordine et cultu ser-
uetur V. Capitum, iubeat armarium sibi, in quo reponantur libri, cumq; Capi-
tulari sub inuentario consimili per duos Prelatos uni ex medio sui, qui resi-
dens fuerit committant. Placuit quoq; Et hãc insignis inter Collegiatas
Dictas Mãe Eccles quã alijs de Jure competit prerogatiua habeat
Crucis Argenteã immediate ante ipsos Prelatos et Canonicos por-
tum ex Stolythis in Processionibus, et furcaionibus publicis Eccle defe-
renda. Insuper curet Nobile Capli obtinere apud Smũ Indulgentias
Altarium Septem ad instar Urbis Romã

De Prelatis Canonicis et eorũ Officijs

Diuturnam a Deum, et supinam R. D. Custodis istius Eccle circa
officiũ suum negligentiam, quamuis alteritis uis ordinationibus pater-
no monita, et requisitus esset, quia in nihilo diligentiorem animaduer-
timq; maneret iterum essentibus Omnes uero et singulas Ordinationes, Decre-
ta et consuetudines ab antiquo receptas, quã ipsius officium, et curam
thesauri Eccle concernunt: in toto reassumimus, et Deuouemus
Officio sub Jurisdictionis Omnisq; Prelatorum per se exerceat, et omni-
bus satisfaciat, Vel eum si abesse oporteret Confratrem ad id adimplendũ

subrogat

Substituat, quem in Actis sive Gnalis Capli sive septimalis tempestive ante suam absentiam inscribat sub pœna. Nemoq; alius officium ipsius usurpet aut sese ingerat in aliud sub nullitate actus. Rdni Dni Concionatores Canci, ne virtuti eorum, et laboribus continuis subtrahatur honor, et gratitudo, ac ut eo libentius officium suum subeant, iniungimus, ut senio et alijs prærogativis pari iure in omnibus cum cæteris confratribus gaudeant, prout iam in præsentia Vnbilis Capli sub finem visitationis nræ oretenus declaravimus. R. Dnus Procurator Capli maioris exhibeat rationes administratæ pecuniæ ex proventibus singulis annis Ecclæ, idq; DD. Prælatis et Cancis residentibus protunc ante Caplum Gnale duabus septimanis anticipative cuius calculi rationem ydem V. Caplo referent, omnesq; examinatas difficultates distinctè explicabunt, quibus expeditis, et pro necessitate rei complanatis Rc Procurator à Vnbli Caplo quietationem obtineat. Et quia vice Procurator distinctam ab antiquo habet curam pecuniæ minoris istius Ecclæ, ipsequoq; post expeditum calculum cum Rdo Procuratore reddat rates suæ administrationis sub idem tempus coram eisdem DD. Cancis similiterq; a V. Caplo habeat quietationem. Qui tamen vice procurator subiaceat in oibus alijs Rc Procuratori. Reassumimus ordinationem Zadrikovianam et penas in ea specificatas contra DD. Prælatis et Cancis qui infra sex menses vicarios non habuerint augendo pœnam in ibi assignatam X Marcis quam Vnble Caplum in pœnam contraventionis acceptavit.

De bonis Ecclæ

Singulare studium circa conservationem bonorum pro Fabrica Ecclæ Regum munificentia donatorum, ne quid per negligentiam Procuratorum V. Caplo detrimenti patiatur, commendamus V. Caplo ne fructus per determinat

determinationem agrorum aut desolationem Subditorum diminuerentur, pro-
uideant tanquam de peculio Christi et sponsae, Ecclae. Et quoties alicui de
medio Fratrum administratio, et cura eorum permittetur, semper de conse-
minatione omnis generis grani, et de messe omnium frumentorum Vrbis
Caplo et successoribus ex Regestris, et per Reuisionem constet, Nec
non ut exactae omnes in fabricam Ecclae expensae connotentur, atq; sin-
gulis annis a Praesidente V. Capli Gnalis subscribantur. Interdici-
mus autem ne bona applicata pro fabrica Ecclae alicui arendentur sed
super Procurem fideliter administrentur, salua eius prouisione honesta
nisi eadem arendari, necessitas vrgens postulauerit idq; de scitu et
consensu nro vt eadem opera, et studio ab ipsis quoq; d.d. Praelatis et
Canonicis Praedia Villae Coloniae et quaecunq; alia bona ad eorum Canonicatus
pertinentia conseruentur integra, semel in quolibet anno per Commissa-
rios a V. Caplo gnali deputandos reuisionem fieri iniungimus.
Summas pecuniarias non nisi ex Consensu Gnalis Capli et seruatis ser-
uandis de iure dare et locare in Censu liceat.

De Peculio infirmorum Sacerdotum

Cura peculij infirmorum Sacerdotum ad Commissarium per V. Caplum
Gnale ex gremio sui deputandum pertinebit volumus autem vt libenter
derelictorum ab intestato seu legatorum fiat separatus in quo dedit
et anno quaecunq; venerint, consignabuntur. alius liber in quo inscri-
ptiones Censuum si fieri potest etiam Authoritate atq; Census quotannis
percepti inscribantur. Tertius in quo expensa in vsum Sacerdotum infir-
morum, pro temporis exigentia connotabuntur, praesertim ante omnia com-
parata domo in Ciuitate Sandomiriensi et ad vsum infirmorum, distinctis
si fieri poterit, habitationibus accomodata, ita tamen vt nihil expendantur
de peculio parato sint consensu V. Capli, atq; nro scitu, et assensu inscri-
ptis obtinendo quorum omnium rationem dabit praefatus Commissarius singulis an-
nis coram nobis.

de anno Gn

De Anno Gratiæ

Quandoquidem V. Caplum habet de hoc speciales Antecessorum nrorum ordinationes ratione persoluendi Anni gratiæ, et ad præsens omnes et singuli Caplariter congregati easdem adimplere et obseruare perpetuis temporibus sese submiserunt. Statuimus ut nemo abhinc ad Caplum admittatur, tàm diuq arceatur ab ingressu, donec persoluerit omnia defactò, aut sufficienti fide iussione cauerit de soluendo.

De sexta partè à n residentibus soluenda

Inhærentes Ordinationibus Radziuilianis, nec non recens præstitæ in præsentia Kra V. Capli submissione, ratione persoluendæ, quotannis in Gnali Caplo sextæ partis prouentuum, cuiusq ex non residentibus statuimus, ut in omnibus punctis obseruentur super ea dispositiones factæ et debitæ exequutioni singulis Caplis Gnalibus demandentur sub pœna dupli. Attenta nihilominus præsentium temporum calamitate huius modi sextæ partis solutionem, a præsenti visitatione reducimus ad taxam et æstimationem prouentuum per Emi mu Cardinalem Radziuilium Prædecessorem nrum conscriptam. Cæterum DD. Prælati, et Canci non residentes curent infra sex menses dispensationem à Sedè Aplica, et absolutionem a perceptis indebitæ fructibus alioqui sciant nos contra eos iuxta dispositionem Sacri Concilij Tridentini pro officio nro processuros.

Sexta pars modificatur

De deposito Vnblis Capituli

Depositum trium millium Florenorum Polonorum volumus ut semper integrum in deposito Eccla vulgo Ceccho nuncupato conseruetur, nec ab hinc liceat illud pro necessitate quacunq licet grauissima occurrerit applicare ac leuare absq Gnalis Capli decreto, nostraq et successorum nrorum speciali approbatione. Claues autem à Custodia eiusdem ærarij ita seruari iubemus, prout ab Antecessoribus nris ordinatum est.

De bonis Prælatorum et Cancorum

Quoniam multæ domus reperiuntur Prælatorum Cancorum atq Vicariorum quarum nonullæ extremam ruinam, eamq proximam minantur,

aliquæ

aliquam notabilem sui desolationem habent et matura indigent reparatione. Quocirca reassumimus ordinationem Zadrikouianam, et aliorum Prae decessorum nostrorum iniungimusque in virtute s. obedientiae R. D. Procuratori V. Capli sub poenis arbitrarijs ut negligentes aut contrauenientes ad nos deferat, nisi infra sex menses hmoi reparationem inceperint, praesentibusque nostri paruerint. Quod ut unicuique melius innotescat, eo fine peractam reuisionem per commissarios nostros a nobis subscriptam V. Capto exhiberi fecimus

De Vicariis

Vnbles Vicarij capitula quae facere solent tempore interstitij et silentij a diuinis, transferant in tempus sibi commodius visum, post offa diuina expedita ne per hmoi actus distrahantur a cultu diuino, aut eius ordinem perturbent. Interdicimus autem Capto eorundem ne in posterum acceptent aut recipiant aliquam fundationem, vel perpetuam obligationem sine consensu V. Capli maioris, secus factum eo ipso nullitati subiacet. Vicecustos quod ad Regimen sacristiae et diuinorum officiorum in omnibus dependent in absentia sui Praelati aut eius substituti eoque absente a Canto seniore, vel Praelato pro tunc residente sine cuius scitu atque licentia usum supellectilis cuiuscunque Eccle apparatuum et ornamentorum nemini permittat aut ea tradat tantominus ad usus prophanos sub poenis arbitrarijs, per Vnble Caplum maius in eum toties quoties ferendis. Monetur idem Vicecustos ne sanctuorum obsequiis in rem suam priuatam utatur, sed eos reliquat in solo Eccle seruitio ac circa officia ad quae applicati sunt sub poenis ut supra arbitrio Vnblis Capituli Maioris decernendi quod non detrectet iniurias eorum audire ac ut illis iuxta statuta et antiquam consuetudinem satisfaciat prouidere. Caueat item Iura Priuilegia statuta et ordinationes quascunque istius Eccle alicui sine scitu extradere et expresso Vnblis Capli maioris consensu. Altaria sua decentius ornent, curentque in melioribus antepedijs et mappis mundioribus ornari. Scamna quoque siue formas eiectis antiquis nouas construi faciant.

In super

Insuper derelictis providere volens per testamenta, et iacturae eorum obviando, ordinamus, quatenus aliquis ex vicarijs in Exequutionem testamenti assumptus ab hinc ad nullius rei aestimationem accedat, nec eam facere praesumat, non requisito prius iudicio in arte peritorum si habere poterunt iuratorum, prout haberi solent in Civitatibus, Circa quam aestimationem et taxam faciendam, conscientiam eorum oneramus, facturi etiam rationem exequutionis coram nobis vel Rdo officiali Sandomiriensi Quae omnia et singula Decreta statuta, et ordinationes quo maturiorem, et fideliorem habeant exequutionem legi et intimari mandamus, statim a praesentatione eorundem proximo Capitulo septimanali: Ut vero notitia eorum etiam ad absentia perveniat curabit, Rdus D. Procurator sumptu V. Capituli unicuique DD. Praelatorum et Cancorum copias transmitti, fidemque eorum intimationis habeat. Exequutioni autem et observantiae singulorum, ut attendat Generale Capitulum volumus et in vitae S. obediae praecipimus, debitam alioqui fidem et obedientiam a singulis sub poenis arbitrio nostro reservatis requisituri. In quorum fidem praesentes manu propria subscriptas sigillo nostro muniri iussimus Datum ut supra. Petrus Gembicki Episcopus Cracoviensis

Ill.mi Zadzik Eppi
Visitatio
Collegiatae Sand

obiit 1642.

Nro 255 1a

Andreas Trzebicki Dei & Apostolicæ Sedis gratia. Episcopus Cracouiensis Dux Seueriæ.

Significamus Vniuersis & singulis præsentibus & futuris. Quia Nos Regimini Ecclesiarum Diœcesis Nostræ Pastorali sollicitudine attendentes, ad illarum maximè verò insignium Collegiatarum Visitationem per Nos ipsos processimus, & in domo Dei atq; in Ministris eius deprauata in rectum reducentes Reformationis Nostræ Decretis indemnitati earundem Ecclesiarum, & dignitati Ordinis Clericalis, Salutiq; animarum quantùm cum Domino potuimus, prospicere curauimus. Quod cum in aliis Ecclesiis perfeciſsemus, etiam ad Collegiatam Sandomiriensem Vti primariam & Principalem de cæteris omnibus intra Nostram Diœcesim Collegiatis, in persona Nostrâ iam duabus iisq; repetitis Vicibus descendimus, & licet quidem Vnâ Vice præmissis more præmittendis Visitationem formalem in eadem Ecclesiâ peregerimus quia tamen nescitur quo casu Reformationes prioris Nostræ Visitationis ad nos transmiſsæ deperierint, ita vt nec Vlla penitus nota illarum in eadem Ecclesia & Capitulo relicta sit. Proinde Secundæ Visitationis Nostræ Anno Dmi Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo primo. diebus decimaquarta, decimaquinta Septembris & alijs proximè & immediatè sequentibus repetitâ, quæ sequuntur Reformationes inuiolabiliter seruandas authoritate Ordinariâ damus & promulgamus tenoris sequentis.

Primo: De Diuinis Officijs.

Satis laudabiles & Statui Ecclesiæ huius congruentes, à laudatissimis Prædecessoribus Nostris Reformationes, quas in opere et actu præsentis Nostræ Secundæ Visitationis Vidimus & legimus Vigore præsen-

trium harum Nostrarum reassumimus, & innouamus, atq; Vt in Viridi obseruantia habeantur requirimus & monemus. Cum non congruit Vt tot Decreta Reformationum a Prædecessoribus Nostris in Vtilitatem Ecclesiæ huius cultusq; Diuini propagationem, lat passim postponantur, Vel in obliuionem trahantur, frustra siquidem leges conduntur, si debitæ executioni demandari non curantur. Et insuper attento moderno eiusdem Ecclesiæ statu, hæc omnia & singula quæ sequuntur de Diuinis Officiis obseruanda decernimus & ordinamus, Vt scilicet Diuinum officium non nisi tempore debito & in præcedentibus Reformationibus præscripto inchoetur, illudq; non præcipitanter aut pedetentim prout hactenus fuit, sed cum debito concentu, grauitate, et deuotione continuetur, propterea q; a risu, colloquiis, & cursitatione, omninò abstineatur, substituti tanto verò magis Personæ Viles & abiectæ ad idem officium peragendum non admittantur, imò penitus arceantur, Vtq; ad id præsertim diebus Dominicis & festis Vnus ex maioribus Capitularibus pro tempore suæ residentiæ & septimanæ per se Vel per Concanicum suum attendat, delinquentes in pmissis tam Vicarios quam Mansionarios, moneat, incorrigibiles Officiali Nostro Sandomirien" nunc & pro tempore existenti,, deferat mandamus. Pariter statuimus, & id ipsum specialiter Capitulo Maiori, cui in hac Eccleā promotio cultus Diuini incumbit, iniungimus, quatenus serio attendat Vicariis, Vt in Diuinis omnibus obeundis se se Matrici Ecclesiæ scilicet Cathedrali Nostræ Crac conformet, ideoq; diebus Dominicis & Festis ad populum solemnibus exceptis statio tempore in anno occurrentibus matutinis per scholam decantari solitis nec non prima & Vesperis Fatq; Completorio ~~quæ scholæ psallere tenebitur iidem Vicarii omnes alias horas cantabunt, diebus vero feriatis etiam primam & Vesperas ac omnes alias horas psallere iidem~~

Item ordinamus qtus

Vicarii teneatur. Tabula Officiorum & Anniuersariorum nec non renouationis Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti, in Sacrario, loco patenti per Vicecustodem seu Sacristianum, aut respectiuè per Hebdomadarium, quoad ipsam duntaxat Sanctissimi Sacramenti renouationem, affigenda perdeat. Item vt primum Sacrum Vulgò missa primaria à Rndmo olim Alberto Lipnicki Suffraganeo Cracouiensi & loci huius Præposito. Vltra alia plurima insignis eius munificentiæ argumenta huic Ecclesiæ erecta, & dotata, statim post pulsum campanæ paulo longiorem ab Officiante pro tempore existenti celebretur, nè aliquin propter moram populo expectanti & de templo dilabenti detur occasio, & tædium deserendi missam. Idem Iudicium est de Vltimaria Missa, fundationis Adm Rndi olim Simonis Dzierzgga, cuius census dotalis hactenus vindicari neglecti, ab hinc non negligantur, nè ex tali defectu Diuina intermittantur. Similiter Cantoris & Psalteristæ, vt tandem ad finem & effectum & realem actualemq; effectum fundatio illorum reducatur, & cultus Diuinus in hac insigni Ecclesia potius exinde augeatur, & non è contra diminuatur: cum eiusdem Capituli maioris Committimus & demandamus discretioni quod prouentuum duos Concionatores eosdemq; Canonicos, pietate, et liberalitate Illustris & Adm Rndi Domini Sebastiani Rokicinski Archidiaconi Sandomirien erectorum concernentium ad mentem Statuti in Capitulo Generali sub anno millesimo sexcentesimo septuagesimo specialiter conditi & promulgati idem Capitulum maius omnino curet, nè exinde iidem Concionatores deficiant & consequenter nè populus prædicatione Verbi Diuini destituatur, Item antiquam consuetudinem nec minus rationabilem quia cultum Diuinum promouentem reassumi, volumus, vt scilicet tempore missæ Conuentualis duo Capitulares Seniores & alias ij qui ordine et loco sunt priores admutiati aut saltim Su-

Ad. quatenus [illegible] Clerus [illegible] festis quæ festis diebus 28
[illegible] sed potius [illegible] ordine [illegible]
scilicet post altera celebrentur, Missas priuatas seu lectas in hac Eccl̃a et nō aliis celebrent
taliq̃ modo et grauitati continuationis diuinorū et commoditati populi ad diuina audien
da tēp̃ opportune cōsulatur. Alioqn cōtrauenientes primo a Sacrificio suspendi,
si moniti cessare et resipiscere noluerint vel Capitulo maiori particulari aut vni cuiq; pro
pecuniariis [illegible] exactis alijs Carceri [illegible] decreti in patenti loco
extra excerptos affigendi nec ipsius ignorantia hac quæstio [illegible] Item

Cæterũ reliqua de Diuinis peragendis officijs præsertim vero Mand.
res Capitulares assistendi teneant et obseruent prout infra
tit. 3. de Dignitatibus et Canonicis nominatim descripta.

perpellicium ad eleuationem Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti ad Alta-
re maius ad quod dictam Missam contingit celebrari, bini cum duobus
cereis in medium procedant, & ibidem cum profundâ adoratione, ho-
norem & cultum tanto Sacramento debitum exhibeant. Item iidem
Maiores Capitulares tempore eiusdem Conuentualis Missæ, pro offer-
torio ad maius Altare, ad osculum ligni Crucis, omni festo celebri,
prodeant, vt tali suo exemplo populum iisdem Diuinis assistentem,
ad idem faciendum prouocent. De restrictâ Missarum celebratione,
ad Altare maius nec non de continuâ Prælatorum & Canonico-
rum circa Diuina festis ad populum solemnibus assistentiâ, Refor-
mationem Sembicianam reassumimus, illamq; ad Vnguem obseruari
præcipimus & mandamus. Et quia plurimæ vtriusque Cleri Ecclesiæ
rectores et Monasteriorum quæ Altaristas reliquos inueniunt fundatos

2do: De Templo & Cæmeterio.

Frontispicium alias Scopi & tectum Ecclesiæ huius quanto-
citius reparari curetur, & tegulis Sedanensibus cooperiatur.
Naspuris in fornice templi iam notabiliter apparentibus quantocitius
consulatur, Campanile huic Ecclesiæ & campanis congruum e-
rigatur. Circa Cæmeterium huius Ecclesiæ murus ad radicem col-
lis eiusdem Ecclesiæ dudum inceptus vlterius promoueatur, vt sic ru-
inæ non solum dicti Cæmeterij sed et ipsius Ecclesiæ fundamen-
tis & columnis pluuijs diuinis expositis tempestiuè occurratur.
Decretæ Visitationis Prædecessorum Nostrorum & præsertim a Re-
uerendmo olim Petro Sembicki eo nomine lata debitæ executioni
demandentur: proindeq; Summa aliquot millium florenorum quæ ex-
tat ad presens in archiuio eo quo supra fine conuertatur: prouentus
quos aliqua pars, (pro quei) de Villa Fabro ~~et Oppeda~~, nec non annus gratiæ,
sicut pro ornamentis & necessitatibus, ita principaliter & pro fabrica

Cæterũ reliqua de Diuinis peragendis officijs præsertim Maio-
res Capitulares assistendi teneant, et obseruent
prout infra vt 3 de his rebus Reformationis titulo 2do
de Dignitatibus et Canonicis nominatim et inspecie
descripta.

huius Ecclesiæ ad mentem Ladzikouianæ Reformationis applicetur, alioquin Vlteriori fabricæ Ecclesiæ eiusdem etiam per extraordinarias Capituli Maioris contributiones, prouideatur, siquidem sumptus ordinarii ad præmissa sufficere nequeant. Armarium pro Bibliotheca reparetur.

Inuentaria quoq argenti & totius Ecclesiæ, suppellectilis, nec non Librorum renouentur: quia hæc quæ ad præsens extant, sunt valdè defectuosa, in multis locis lacerata, non authentica ita vt recentia antiquis non conformentur, indeq multi Libri & aliquot calices argentei desint, tametsi in antiquis Inuentariis descripti inueniantur. Libri quoq ad chorum huius Ecclesiæ seruientes, ni iam valdè attriti aut reficiantur, aut de nouo comparentur, præcipuè verò Antiphonarium pro feriis & festis, nec non duo Psalteria, & Rituale, ac Processionale. Cæterum cum sacra incongruè miscentur prophanis, prohibemus propterea, nè abhinc in Cæmeterio insignis huius Ecclesiæ vllæ penitus Personæ prophanæ, etiam vxorati artifices habitent, neq vllas domunculas ibidem ædificent, tantominus pecora & pecudes ibidem teneant, vtq à propinationibus & locatione mulierum in ædibus Vicarialibus & cuiuscunq alterius Cleri etiam ipsorum Capitularium abstineatur, sub pœnis arbitrio Nostro aut Officialis Nostri Sandomiriensis irrogandis mandamus.

Pixis Minor infirmis ad Vnble Sacrum argentea intus deaurata comparetur, et maior pixis in tabernaculo cum hostiis consecratis teneatur nec inde amoueatur, ne fortè cultus latriæ coram Nacuo tabernaculo exhibeatur, a Cæteruntibus de more exhibeatur vsitatus exhibeatur.

Tertio. De Dignitatibus & Canonicis.

Quænam onera & obligationes aut Officia tam Dignitatibus quam Canonicatibus huius Ecclesiæ incumbant. Superuacaneam profectò illorum enumerationem esse censemus, Prædecessores siquidem Nostri illa omnia & singula in Reformationibus suis satis & perquam abundè, præcipuè verò Reuerendissimus olim Radiuilius etiam in particu-

lari.

lari recensuit, ad quas quidem Reformationes & nos ne Tautalogiam committamus, quinimò ut magis executionem earundem Reformationum promoueamus, quam ut noua Decreta sine necessitate multiplicemus, eosdem Dignitarios & Canonicos, ad easdem Prædecessorum Nostrorum Reformationes remittimus, eisq maximè Personalem, & crebram, aut saltim mensualem residentiam, à Nostris Prædecessoribus et de præscripto Concilii Tridentini aliorumq Sacrorum Canonum, inculcatam, commendamus, absentia siquidem Capitularium, magnos et crebros defectus in cultu Diuino & Regimine Ecclesiæ huius quotidiè accelerat, propterea q ipsis omnibus & eorum cuilibet in solidum injinuamq, quatenus meminerint, se ad præfatas in hac Eccleā Dignitates & Canonicatus, non ideò fuisse & esse assumptos, ut scilicet tantum fruges consumant, ut otiosi et nil in hac Ecclesia laborantes, reditus ex fundis Dignitatis vel Canonicatuum eiusdem Ecclesiæ, percipiant, sed potius ut officium propter beneficium ipsis collatum per se et non per substitutos prout eo nomine Concil. Trident. Sess. 24. de reformatione cap. 12. expresse præcipit exerceant, ut sicut de Altari huius Ecclesiæ viuunt, ita etiam illius onera per se subire + consequenter Septimanas ad Diuina peragenda se ex ordine tangentes teneantur.] Indignus quippe (loquitur) sine iusto Pastorali Zelo Rndmus olim Iacobus Zadrik Prædecessor Noster in Decreto suæ Reformat. pro hac eadem Ecclesiā sub tit. de Capitulo relictæ) lacte & lana conuincitur: Si nihil laborat, si non pascit oues? si non vigilat in custodia gregis pari modo qui seipsum non præbet exemplum bonorum operum in obseruantiā diuinæ legis, in propagando Cultu Diuino, væ illis inquit D. Bernardus, qui peccata populi comedunt, sumptusq Ecclesiæ gratis se habere reputant, venient inquit ante Tribunal Christi, audietur populorum quærela grauis, accusatio dura, quorum vixere stipendiis, nec ta-

ipsi per se aut saltim per Concapitulares suos sustinere hasq Septimanas exnunc a die Capituli huius Gnlis ~~obseruare~~ incipiendo a Dno loci huius Proprio ~~obs~~ ~~[illegible]~~ sumere et obseruare

mensa

men diluere peccata, quibus facti sunt Duces cæci, fraudulenti Mediatores. Ne igitur apud Deum & homines Cleri huius Ecclesiæ vilipenderetur ministerium, neue populus loci huius habeat, quid mali de clero Ecclesiis huius dicat, hortamur in Domino eos omnes, qui huic Ecclesiæ insigni nomina dederunt, nè sese temerè, quando nulla prægrediè, quominus id faciant necessitas; à residentia circa hanc Ecclesiam subtrahant, quinimò vt negotia sua in tantum facilitent, vt, crebrius et præsertim solennioribus festis Ecclesiam hanc cuius prouentibus viuunt, præsentia sua condecorent, vt septimanas ad diuina peragenda se ex ordine tangentes ipsi per se, sustineant, vt obligationes detribus missis septimanatim vltrà dies Dominicos & solennitates celebrandis idem Capitulares ex antiquo statuto ac de præscripto Reformationis Sixtinæ expleant, idq sub pœna sequestri prouentuum, ex fundo Canonicali, prouenientium pro ratha negligentiæ, vt Anniuersaria hactenus neglecta omninò reassumant, nè aliter pios Fundatorum intentiones depereant, propterèaq reditus huiusmodi Anniuersariorum quantocitius vindicent, & neglecta eadem anniuersaria deductis expensis in lites et Processum factis compensent, in quo specialiter oneramus conscientiam omnium & singulorum Capitularium. Item vt Capitula septimanalia hactenus intermissa, vltra annuum generale celebrent, in eisq distributionem pro residentibus destinatam ad minimum per flores florenos Sixtinales, & aliàs iuxta proportionem summæ ex eadem sexta, aliundè collecta distributioni totius anni, & numero residentium correspondentis, non expectato generali Capitulo, omninò interessentes & diuinis interessentes, faciant; ad eumq effectum Punctatorem iuratum, huiusmodi absentias notantem,

cap.

Capitulariter instituant; præsentia verò eorum tantum Capitularium est admittenda, qui diebus ferialibus superpelliceati in stalo suo, & non extra stalum, idq siue in Maturo siue in Summo Sacro. In duplicibus autem solemnibus, etiam in Vesperis primis et secundis tantò magis in Conuentuali Missa & concione adfuerint, pariter a Dnicis diebus processioni ad diuinis antemeridianis assistentiam sub [illegible] et non alias nec aliter, vt autem præmissa omnia tantò efficatius procedant, sextam partem redituum à Prædecessoribus Nostris piè et rationabiliter institutam, et ex rationibus iustis per Rndmum olim Iacobum Sadzik, modicè auctam reassumendum et innouandum duximus, prout per hascè præsentes Nostras reassumimus & innouamus, & sub præcepto formali omnibus et singulis Dignitariis, & Canonicis infranominatis præcipimus & mandamus, quatenus quisq illorum sub tempus Generalis Capituli Summam pecuniæ infraspecificatam ad manus Procuratoris Capitularis annuatim incipiendo à festo Natiuitatis B. M. Virginis in anno proximè sequenti, a data præsentium computato dent, numerent, & realiter atq in effectu soluant, idq sub pœna sequestri prouentuum fundi, ex tunc in eodem Capitulo generali contra huiusmodi non soluentes per idem Capitulum Authoritate Nostrâ, & Successorum Nostrorum extendendi. Ad quem effectum, hocce Decretum Nostrum in ~~eodem~~ Capitulis ~~Generalibus~~ etiam particularibus semel, et item ac tertio, publicandum vim triplicis monitorij semper habere declaramus & ordinamus, vt sic ex parte Processus et formæ sequestri decernendi omni exceptioni aut verius non soluentium tergiuersationi occurramus. Vt autem liquido constet de quotâ hu-

in

iusmodi Sexta soluenda sic Vt sequitur taxam Radzikouia-
nam in Specie ponimus. Et primo de fundo & fructibus Praepositu-
re Centum Viginti florenos Polonicales soluendos esse decla-
ramus. Secundo ex fundo & fructibus Decanatus Septuagin-
ta florenos. Tertio ex fundo et fructibus Archidiaconatus quin-
quaginta florenos. Quarto ex fundo et fructibus Scholaste-
rie Sexaginta florenos. Quinto ex fundo et fructibus Canto-
rie Centum quinquaginta florenos. Sexto ex fundo & fructi-
bus Custodie Centum Viginti florenos. Septimo ex fundo et fru-
ctibus Canonicatus Turbia Centum Septuaginta florenos. Octa-
uo ex fundo et fructibus Canonicatus Dwiekozie Centum flo-
renos. Nono ex fundo & fructibus Canonicatus Zaiączko-
wska Septuaginta florenos. Decimo ex fundo et fructibus Cano-
nicatus Kunice Sexaginta florenos. Vndecimo ex fundo et fructi-
bus Canonicatus Kobierniki florenos quinquaginta. Reliqui Cano-
nicatus ob tenuitatem Prouisionis aut dotis sue non cadunt sub
presentem taxam. Huic igitur Summe ex premissa taxa proueni-
enti, accumulari debent ea omnia, que de more & consuetudine Su-
ius Ecclesie pro distributionibus Septimanalibus deseruiunt: Cen-
tum duntaxat florenis pro Capitulo Generali inter presentes diuiden-
dis annuatim relictis. Ceterum Vlteriores muneris & oneris Capi-
tularium, etiam id ee declaramus. Vt iidem Capitulares in negligenti-
as inferioris in hac Ecclesia Cleri aduertant, illiusq propterea cir-
ca Diuina negligentias & defectus ad Officialem Nostrum Sandomi-
riens vel etiam ad Capitulum maius in defectu presentie Officialis de-
ferant. Vicarios suisq fundi sui iuxta primeuam consuetudinem fo-
ueant, & salarient. Sub pena Decem Marcarum in Reformationibus

Quanquam et huius percipiendi diuisionis eos dumtaxat Marites Capitulares fore et
esse capaces declaramus qui ad Generali Capitulo personaliter adfue-
rint et qui Septimanas seruierint aut se vel talem per Substitutos
suos qui speciale solicite septimanerint aliqua Comissa diligentia non habeatur cum Centu-
flor et aniuersarium diuisione omnino careat imo eam pro negligentia septimanam
& quilibet Missa neglecta unus florenus Currentis monete ad Arcam Capituli

+ Capitul. Sepmanal. [illegible] Sitis [illegible] Capitulis Generalis Cracouiensis [illegible]

Predecessorum Nostrorum interpositam. Parochus etiã Vicariales aut
turarii una cum clero suis Vicarii sepe a Diocesi et tecta absentent quisq;
Capitularis sui Vicarii sumptu et impensis proprijs ad mentem Decre-
ti et Reformationis Zechiconiane vindicet, ordinarij Zechiq; Za-
chiconiani Decretu eo fine et effectu reassumimus. Caveant ne Vi-
carii per domos alienas divagentur, sed in propriis certa domus Ecclesi-
astica habeat idem Maior Capitulu omnino et quo facta diuturna
mora curet, alijs cogis Vicarijs ut communi Mensa habeant prandium
illumq; eo fine Capitulo Speciali desuper celebrato, cui quot, ne
forte unus sibi alter inebrietur, unus ad cognitionem sui Prelati ad-
esse non habeat, alter e contra superabundet et luxurietur. Hac
igit cognitione mirusti et honesti regiminis inter cogis Vicarijs cum
Generalitate ijs Maiori Capitulo item et omnes commendamus, cuius pru-
dentiam ijs Capitulu adesse habeat et prohibeat ne absque tanta
contradictione unus et alteris Concapitularis partibus, aut pluralitas
se concludat, aliquin si evenerit contradictionis Maiori Capitularis
dissensus quem non facile notare credimus, ad Nos officium No-
strum et finalem decisionem idem reportet cognitionis remittendum volu-
mus et mandamus. Ne quis Prelatus ab eo cui inest Ecclesiastici pru-
dentia [illegible]

4to De bonis Capitularium dotalibus seu illorum fundis et or-
naminis simulq; de bonis Capitularibus seu Communibus.

Quamvis ex inquisitionis etiam ipsis Visitationis huius actis accepimus
certos fundos certam Dignitatum et Canonicatuum huius Zechiae maxime vero com-
qui pro dote sua Villas, et subditos habent passim desolari, solum eo
spectantes excidi, subditos labentibus inutilis et tam indiscrete nimis
rigore Possessum aut Fructum vel Arrendatum easdem Villas, oppida et subdi-
tos segetim exigunt, ab oppressione Subditi non tolerari nec
defendi, cui tamen citra quemlibet possessor meliore non detentus pensio-
sua canonicam reddere teneatur. Ea propter statim post publi-
cationem huius Decreti Nostri modo quo supra publicationem fu-
turam, intra unum mensem a die ejusdem ultimo publicandi
duos eorum Consores seu Commissarios de medio Capituli assumendos
unus pastor, et insuper alius pastor non autem respectu per-
sonarum vel aliquod aliud particulare interesse habentes
authe Nostra qua agimus cum hanc Nostre Reformationem
Nostram eidem Capitulo tribuimus, idem Capitulum Maius

deputet

D. Contenū quarūlī ad bona Communia seu villas ad Capitulū imēdiate spectātes. Cum ad
bonorū communi huius insignis Capituli ~~infignis~~ opportunius sit, strandem bona ultem
hinc nō implicentur arendis sic enim facilē depereūtur, et sepe sepius ipsa arenda
damno eiusdem Capti defalcationibus extenuantur, et tamen inde tū ipsi ho
quā cum familiis gratis alimentantur, imo quandoq; ehū lucrantur, ~~et tam~~ si
tunc plenarū protestationū ad lites prosequendas, indeq; ortas, sumptus et lite
plicantur. Proinde in virtute Nostri huius decreti ordinamus et decernimus
eadem bona capitularia ab hinc per Procurem et Receptorem capitularē
eligendos fideliter et diligenter administrentur, vtq; de hmōi admin
tot anno in capitulo generali rationes exigant, eadem; bona exterius a ca
nibus per ordinē et turnū ad id eligendis tenideantur, huiusmodi rationes
rū causa et propter informationem futuri rendituris ad scripturā reducan
rū archiuio capitulari reseruentur. Domorū et locorū ad vsū Capli
clauium nec nō prū legata signa pro cellis ista assignata sunt diligenter
quā hactenus per Procurem Capli cū adiumento vicecuris vindicentur
liter quoties hmōi vindicali nō ~~ot~~ totaliter nec de integro sed ~~11~~ per partē
procuratori ad effectū expensū numerentur, reliqui vero inde restātes pec
solutis prius expensis in lite factis in cista cū duplici serratura
tur: à qua vna clauis per Portalū Capitulare, altera vero per Procu
